FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS
Zwettl, Ende 12. Jh.
Seite 191r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

die et quo mense gens iudeorum debet
interfici. et exiuit mensis duodecimus
qui uocatur adar. Hondum sciebat stulte
utrum debet iudeorum gens interfici. et
forte querebat quo die. quo mense de
beret interfici. forte putabat se esse tan
tum et tantum erat in oculis suis ut in
manu sua mors hominum et uita cre
di deberet constituta et ideo uolutatem
suam satis eis iudicans de interfectione
querendum censebat a sortibus solum de
interfectionis tempore. At ille tui carnis o
riginem secundum sortes illas parabat perci
dere iam dudum dicebat phos iphe in
manibus tuis sortes mee. Voces quippe
illi centesimi psalmi. uoces sunt ubi in
carnati et incarnationis fides et spes
secundum promissionem sic erat in corde illius
gentis. sicut infans in utero mulieris.
Quante cuique uel quales cuique sortes ei fue
rint uel sint quas commemorans de opa
te dicit ipse in manibus tuis sortes mee. nul
lorum debent excipi sortes quas misit
aman quin ad sortes eidem pertineat. Et
reuera sicut in alio psalmo iam tunc dice
bat et super uestem meam miserunt sortem.
ita constanti ueritate ipsi dicere conue
niebat. et super matem meam super gentem de
qua nasciturus eram miserunt sortem.
Igitur ille perditus et a sua superbia deceptus.
una sortium consolatione de duabus re
bus existimauit se responsum uel satis
factum esse. scilicet de interfectione et
de interfectionis tempore si in manibus tuis
sortes mee. Qui si recte intelligit ac
si diceret iam de isto maligno sortitore
aman. Hostis et inimicus mis misit
sortes ut interficeret. tu autem in manibus
tuis habens potestatem uite et mortis
sortes easdem mutasti ad illi interfecti
onem. ad mee gentis ereptionem.

Reuera iam in isto diaboli membro
factum est quod significabatur in
ipso capite diabolo dicente domino
ad beatum iob. Nunquid portes eum
in naribus eius. Nunquid illudis ei quasi
auis. Infatuatur namque et illusus est
a bipis sortibus dum mittente eo sortem in
se primo quo die et quo mense iudei de
berent interfici mensis xii exiuit. Totum
utique annum ad dilationem sors illa po
posciit dum exegit. sortem regens et tra
bens ut iam dictum est in manibus suis.
Primum in hoc infatuatur et illusus est. quod
nullum sciens utrum gens debet interfici et
solum querens tempus interfectionis dum ab
sortibus respondet interfectionem ipsam
a primo mense usque in duodecimum. u.
anno fere integro debere differri ide
esse putat ac si totum uel utrumque iam ha
beat in manibus suis scilicet interfectionem
et diem interfectionis. Deinde et in hoc illu
sus est quod dum suscepta mora tante
dilationis in tum pendet sententia
mortis opportunum facit uniuerse gentis.
spacium quod sufficere possit ad legaci
ones mittendas in longinquum ide
in altitudinem celi unde auxiliatores
copiose debeant conduci. scilicet lenimina.
lacrime et preces que nimirum idonee
legationes erant et s ad immutandum
de celo auxilium domini. Profecto et si ipse
erat ut est dominus omnibus in ueritate in
uocantibus eum michi omnium tum erat
necessarium tam longum a sortibus
datum dilationis spacium ut suffi
cet tempus currentibus epistis et re
rentibus ad principes et ipsos tot puin
ciarum. ut nouus episcopus uetereses aman
litte insidiatoris et hostis iudeorum qb